Licet dixerimus supra corporalia posse obligari: tū secus ē in q̄busdā s̄s noze religionis. ecce em̄ monumētū nō p̄t pignori obligari. C. e. l. iij. Sic ⁊ ecclīe. in aut. de alie. emph. §. ⁊ qm̄. Idemq; in sacris vasis vel ornāmētis ecclīe. C. d̄ sacrosanc. ecc. l. sanctim⁹ nemi. Nam illa sup̄flua sint i ecclīe. ⁊ debitu im̄neat ecclīe vt in aut. sup eandē legē s̄gra. ⁊ in .c. latoz. extra de pig. Itē liberi homīs nulla est obligatio. qz p̄traria est libertati ⁊ nate. adeo vt si filiū tuū obliges: nulla obligatio sit. Imo a debito creditor cadit ⁊ē. in aut. vt nulli. iudi. §. qz autē ⁊ h̄mōi. ⁊ C. e. qui filios. In casibus tamē tenet obligatio: vt in redempto ab hostib⁹. ⁊ cum p̄r ob necessitatem famis filiū obligat. Nam cuz ei liceat vendere: multo fort⁹ poterit obligare. f. de le. j. l. senat⁹. §. vl. ⁊ l. de pa. qui. si. dis. l. j. ⁊ C. de cap. l. vlē. Item impedit obligatio p̄pter publicā utilitatē vt in fuis aratorijs ⁊ bobus aratorijs. ⁊ inſtis aratorijs. ex hac em̄ causa tributoz illatio retardaret. C. e. l. vl. ⁊ antepe. ⁊ si.

### Qui potiores in pignore vel hypotheca habeant.

⁊ de his q̄ in priorū creditorū loco succedunt.

Plurib⁹ modis aliq; in pignore p̄t esse potior. puta rōne cause. si em̄ sc̄bs creditor credit pecuniā ad p̄seruatōnē pignoris. ⁊ in ea causa pecunia ē p̄sumpta. p̄feretur sc̄bs p̄mo. veluti si nauis fuerit obligata. ⁊ ad armādā eā. vl̄ reficiendā credidi: mea em̄ pecunia saluā facit toti⁹ pignoris causam. Idē ⁊ si credidi in cibaria nauitaz sine q̄bus nauis nō potuit salua puenire Item ⁊ rōne cause p̄ferē sc̄bs p̄mo. vt si expedit in funerādo teſtatore: funeraria em̄ sup̄at omne es alienū. supra de reli. l. pe. ⁊ l. at si q̄s. §. j. Item rōne tēpous p̄feretur creditor p̄rimus. secundo. vbi secundus non p̄t p̄tendere aliq̄ā p̄dictarum causarū. vel p̄uilegiū. vel quid simile Est em̄ hec regula in pignorb⁹. Qui prior est tēpore potior est iure. C. e. l. si fundū. hoc tamē est intelligendū de p̄mo creditore cui erat pign⁹ obligatum. ita qz debitor obligationē nō poterat resolūere inuito creditore. vel si poterat. nō tamē cōmode. f. e. l. j. ⁊ l. potior. f. r̄n. ⁊ supra ti. pri. l. penul. Item sup̄ficiario vel emphiteota pignozāter potior est causa dñi p̄ pensionē eius. q̄ cui obligauit emphiteota vel sup̄ficiarius. f. e. l. etiam. Fallit autem dicta regula nedū rōne cause. vt dixi. Sed etiam ratiōe p̄acti. vt ecce pignori obligasti oīa bona tua: deinde tibi mutuo vt ex ea pe.

# Digestum Vetus

cunia aliquā rem emas. ⁊ vt ea res tibi sit obligata. p̄ferat enim p̄imo C. e. l. licet. Item fallit rōne mendacij. vt si prior ⁊ possessor eras i pignore. ⁊ ego secūdu p̄redo cōtra te hypothecariā. sed tu negas rem esse ei⁹ qui tibi ⁊ tibi eam obligauit. Nam si te de mēdacio arguero. possessionē trāfferes. licz prius tibi fuisse obligatā velis pbare. C. c. aut. item possessor. sed restituta possessione audieris in iure tuo. Item fallit ratione semi plene pbationis. quid em̄ si cōfitearis te tibi debere ex tali causa. ⁊. vel in puata scriptura. vel coram testibus ⁊ pignus tibi obligas. si quidē p̄sonalis actio mouetur cōtra debitorem ea robur suum habet. Idēz ⁊ si cōtra eundem agat hypotheca. qz cōfessio vel scriptura cōfiteati vel scribenti debet p̄iudicare ⁊. Item fallit regula rōne p̄uilegij dotis. Mulier em̄ ⁊ eius filij vel descēdentes ex ea habēt hypothecariā. p̄ vote matris sue contra om̄es mariti creditores licz anterioris tēporis p̄uilegio sint valla. ti. C. e. l. vlt. Item fallit p̄pter p̄uilegium milicie. qd potētius est p̄uilegio dotis quādo pecunia est credita vt inde ematur milicia: talis em̄ creditor p̄fertur om̄ib⁹ anteriorib⁹ creditorib⁹. imo etiaz p̄fertur mulieri. C. de pig. l. vlt. ⁊ in aut. de exhi. re. §. optimū. ⁊ de equa. do. §. quia vero. Et est magnapotesas eius creditoris qui alijs i pignore p̄fertur ⁊ habet em̄ exceptionem si pueniatur ab alijs: ⁊ si alij possederint. potest ab eis aduocare rem. Creditor autē secūdu potest ab omni possessore aduocare rem p̄ter q̄ a priore. vel qui ab eo habet causam. §. e. l. creditor. j. rñ. ⁊. l. si p̄ior. §. si simpliciter.

## De distractione pignoriū vel hypothecarum.

Distrahi pignus dicitur euz ⁊ creditore vendit. potest em̄ creditor pign⁹ ex pactione. quīs eius ea res non sit. alienare. Eo ipso em̄ qz debitor non relinquit. id est liberat pignus suum: videtur dare licentiaz creditori de vendendo. Et tunc relinquitur arbitrio creditoris ex pignoribus sibi obligatis. quibus velit distractis ad suum cōmoduz puenire. Sed hoc distincti onem recipit. quia aut actum est inter ptes de vendendo ⁊ nunciabit creditor semel debitori de luendo pignore. ⁊ tunc vendat iusta tamē conditione. Si autem cōuentum fuit vt non vendat: nihilominus creditor v̄de re potest. si tamē ter denūciauerit debitori vt soluat: ⁊ cessauit. Alioquin furri tenetur. supra de pigno. acc. l. si cōuenerit. Est autē illa tertia denūciatio faciēda ⁊ postea est necessariuz labi biennū. Sicut ⁊ multomagis vbi creditor nō cōuenit de cōtrahendo vel nō distrahendo. Sed vbi nihil conuenit sufficit vna denūciatio. ⁊ postea elapso biennio poterit fieri vendicio. C. de iur. do. nupe. l. vlt. ⁊ est speciale qz istud pactum de non vendendo non p̄iudicat creditori quin possit alienare pignus. ⁊ hoc p̄pter publicam vtilitatem: ne creditores retrahantur a mutuando. sed potius lauitentur.

Quibus modis pignus vel hypotheca soluitur.

Soluit hypotheca si ab ea discedat voluntate creditoris. aut creditor paciscat. id est pactum faciat de remittendo debitum. vel si puenerit ut pro hypotheca fideiussores daret. et ille datus sit. tunc enim satisfactum videbitur ut hypotheca liberetur. Intellegitur etiam satisfactum creditori si insurandum delatum debitori datum est. id est si deferente creditore iuravit debitor rem non esse hypothecae obligatam. Item liberatur pignus siue solutum est debitum. siue eo nomine satisfactum est. Sed et si tempore finitum est pignus id est dicere debemus. vel si quae alia ratione obligatio eius finita est. quae forte ad conditionem fuit obligatum quicquid impator venerit romam etc. Qui ergo paratus est solvere merito pignus videtur liberari se: quod non soluere sed satisfacere paratus est in diuersa causa est. nisi creditori placuerit satisfactio. Dicitur autem satisfacere. quod non debitum ipsum soluit. sed pignus vel fideiussores datur: quae satisfactio creditore inuitur admittere non tenetur. Si autem causa admiserit. vice solutionis sibi imputare debet. Item si creditor consenserit venditioni pignoris liberatur hypotheca. Id est si quoquo modo tollatur personalis et principalis obligatio. Si tamen tollatur ipso iure et cum effectu ut per consensionem vel successionem. Nam ubi tollitur ipso iure. sed non cum effectu. non per iudicium in hypotheca. ut. §. ad trebel. l. debitor. et de ex. rei iudi. l. pe. §. latina. ubi non actio principalis tollitur per exceptiones. xxx. an. nihilominus durat hypothecaria usque in xl. annos. ut. C. e. l. ij. De dissolutione autem obligationis pignoris §. C. de remis. pig. et de luitioe pig. p. to.

## Liber Vicesimus primus

De edictio edicto: et redibitoria et quanto minoris actione.

¶ Hoc edicto dantur tres actiones. Redibitoria quae venditor rem venditam recipere tenetur. Est enim redhibere. facere ut rursus habeat venditor quod habuerat. et quae reddendo id fiebat idcirco redibitoria est appellata. quasi redditio. Et est tempus redhibitionis sex menses viles ex die venditionis. quando emptor viciam rei. supine ignorauit. Alias si sciuit non agit. Si autem ignorauit non supine. sed absoluto. tunc ex die quo sciuit. Secunda actio est quanti minoris. quae datur contra vendentem rem viciosam vel morbosam: in tantam estimationem quanti minoris ex vicio vel morbo latentis res ista est. quae fuerit estimata tempore venditionis. Et datur ista actio ad annuum vitalem. Tertia actio est in factum: quae datur contra venditorem quantum interest emptori eam rem emptam non fuisse et durat. lx. dies. Et apponitur hoc edictum edilitium. quae ediles curules has actiones proposuerunt. Et dicti erant ediles. quae edendo. et edium curam habebant. Edendo in hoc ut morbosam caro non vendeat: vel nimis grandi pretio. vel viciosum animal. Edium autem curam in hoc. non quod in via positum esset. Item ne incendere edes ut diximus supra de off. praef. vig. l. j. Curules autem idcirco. quae propter eorum dignitatem in curribus deferrebant. Et datur redhibitoria ex quibus causis. Primo propter morbum scilicet corporis. quando datur redhibitoria est abesse cum absit. Et dicitur viciam animi corruptio etiam in iumentis. In seruo autem non datur viciam. nisi sit fur. et erro. vel qui commisit crimine capitale. vel mortem sibi conscium. Item si dictum sit adesse. cum absit. ut si



# Digestum Vetus

multum est cōmendatus seruus venditus. de industria ⁊ ingenio suo. cui tamen sit inera sclauus. Et est causa huius edicti: vt occurrat fallacijs ⁊ denticium: ⁊ emptoribus succurrat. quicūq; a venditoribus decepti fuerint etiam si venditor ignorauit. qz non curamus hoc casu. neq; interest emptoris. an ignorantia vēditoris fallat. an calliditate. Est et aliud edictum edictū ne q̄s canē verrē. aprum. vīsam pantherā. leonem. aliudve aīal q̄ nocet q̄ vulgo iter fit teneat. q̄ si p̄tra factum fuerit ⁊ homo liber ex ea re perierit. cc. solidi p̄rabunt. Si nocitū homini libero dicetur: q̄nti iudici vī debet p̄demnat. ceteraz rez quātū damnū factū sit in duplū. §. e. l. hi em̄ §. j. et. l. generaliter. ⁊. l. qua vulgo. Item p̄ damno pōt agi vtili actiōe de paupie. insti. si qua. pau. se. di. §. vl.

## De euictionibus ⁊ stipulationibus dupli.

Venditor: cū rem vēdiderit teneat p̄mittere emptori. q̄ si q̄s eā rem eui cerit. id ē pbauerit esse suā. de restituēdo q̄d eo noīe recepit et vocat̄ ista cautio. euictiōis stipulatio. Est ergo euictio. empte rei vel ex alia iusta cā accepte per iudicis sententiā abductio: vī alio euincente cause amissio. Nec em̄ necessariū est semp̄ rem abduci vt videat̄ euicta. §. e. l. euicta. §. j. Ad hoc aut̄ vt quis possit agere de euictiōe. tria debent interuenire. p̄mo q̄ p̄cesserit p̄tract̄ ad hoc abilis. Secōdo q̄ stipulatio de euictiōe sit interposita. Tertio q̄ res sit euicta. Si igit̄ emptori libri. equi. vel p̄dij. vī alii cui rei lis mouet̄: debet hoc venditori denūciare. l. emptor fundi. C. e. ti. et req̄rat eū vt ip̄m defendat. l. si rem. §. si. §. e. Et vt assit cause. et causas instruat. puta dando instrumēta vel testes. vel alia ad causas faciētia vel vtilia si q̄ habet. Alisi em̄ hoc fecerit emptor: nō p̄t agere de euictiōe etiaz re euicta. Fallit hoc vbi p̄ venditorē steterit quo min⁹ ei denūciat̄. vel vbi ignoret venditor. l. si ideo. §. p̄senti. §. e. Sunt autem q̄dam cause in q̄bus venditor: emptori duplā p̄mittere debet. si nō aliud p̄uenierit. Sed nō intelligamus hoc ex om̄i re necessariū fore. sed de his rebus que p̄ciosiores essent: puta si margaritas. vel ornamēta p̄ciosa: vel vestes fericas. vī q̄d aliu d̄ nō cōtempibile. id est magni valoris q̄s vendiderit. In alijs autē rebus sit stipulatio simple.

## De exceptione rei vendite.

Cōtingit aliquē q̄ postq̄ venditor rem vendidit ip̄e vel alius qui ei simi lis sit. conatur eandem ab emptore euincere. id est repetere. Cōtra quos emptor opponere potest exceptionem rei vendite et repellere ip̄m venditorē quādo eius mādato alius vēdidit. vel etiam si ip̄e venditor per se. postea velle vendicare. id est pbare esse suas. Et habet q̄s hanc exceptionem. etiam si res nōdū fuerit tradita dūmō possessionez sine vicio nactus fuerit. Et p̄dest exceptio rei vendite et tradite. non tm̄ ei cui res est tradita. Sed etiam successoribus eius et secōdo emptori.

## Liber vicesimussēcūdus

De usuris et fructibus et causis et omnibus  
accessionibus et mora.

Accedit quoadmodum ad principales petitiones siue personales sint siue reales aliquid aliud propter sortem. id est debitum principale peti potest. de quo tractatur hoc titulus. Et primo de usuris. que scilicet ex pecunia pueniunt. et dicitur accessio civilis. quia extra corpus venit Item et de fructibus scilicet prediorum que est naturalis accessio ut. §. de d. sig. l. usura pecunie. Item et de causa ut de partu et primo et sequentibus ut. §. e. l. equis. Item de omnibus accessionibus scilicet predictis et alijs. quia non est nouum post specialia generale subiici verbum. §. ad. l. acquil. l. si seruus. §. inquit. Item quia occasione more. id est negligetia debitoris predicta eueniunt. dicit etiam de mora Et intelligitur mora fieri non ex re sed ex persona: si interpellatus oportuno loco qui non soluerit dicitur esse in mora. Et est sciendum quod olim de iure civili usure omnes erant permittite. hodie autem ex quo leges in materia ista senti non dedignant imitari sacros canones ut in aut. de eccle. n. §. i. coll. ix. Ido dicimus quod etiam hodie de iure civili usure sunt prohibite. Est autem usura que quid ultra sortem accipitur. vbi cumque enim amplius requiritur quam quod datur. etiam si sit esca vel vestis vel alia res vilis etiam que non consistat in pecunia que accedit sorti principali: quodcumque nomen ei imponas: usura est Contra quod clamat diuina auctoritas Mutuum dantes nihil inde sperantes. c. vsuluit. de usuris. Et committitur usura in his rebus in quibus est mutuum. id est que consistunt in pondere. numero et mensura. In alijs autem rebus puta equo vel domo aut libro. licitum est recipere sortem et lucrum. quia in his non transfertur dominium. sicut in mutuo: in quo res statim est periculo eius qui accipit. Ergo inconueniens esset. si alias pro tali re aliquid dando grauetur. In sex autem casibus non committitur usura Primo fauore ecclesie. de usur. c. i. r. c. coquestus. Secundo cum fideiussores soluit sortem et vsuras. potest petere vsuras a principali. de fideius. c. constitutis. Tertio cum pena petitur propter sortem. xij. q. ij. legibus. Quarto cum petitur usura tanquam inter esse. ut dicitur glo. in dlc. c. coquestus. et in. l. eos. C. e. Quinto cum recipitur aliquid pro re que non consistit in numero pondere vel mensura. ut supra diximus Sexto ratione incertitudinis. §. de usur. c. in ciuitate. Et dicitur usura. quia vltus rei venditur. et pro nudo vsu aliquid recipitur.

## De nautico fenore.

Nauticum fenore est quod propter nauticam vel quasi nauticam pecuniam exigitur. Est autem nautica pecunia que periculo creditoris in nauigio suscepto datur traicienda Quasi nautica est. ut cum periculo mutuate pecunie in mercatio. si aliqua condicio non existat. Et existente condicione: idipsum quod credidi recipiam cum centesima usura. §. e. l. periculi. In his autem multa specialia sunt. Nam vsuram centesimam licet stipulari id est tantum quantum est sortis reuoluto anni spacio Et incipit currere hec usura. ex quo nauis nauigare conueniat. et quantum pertinet periculum ad creditorem. §. e. l. in nautica. §. l. i. r. ij. Item et hec usura debetur ex nudo pacto. §. e. l. periculum §. vlt.

# Digestum Vetus

## De pbationibus et psumptionibus.

Probatio est rei dubie per argumenta ostensio sicut in Azo. vel est rei dubie in iudicio per legitimos modos facta declaratio. Et sicut in Pla. dicitur a probatio aduerbio. facit enim probatio qui probat. Manifestat enim dubium: vincit aduersarium. et emittit penam non probantium. vel dicitur probatio: quasi appalatio vel manifestatio. o eius quod dubium est. et est regulare quod semper et incumbit probatio qui dicit. et ista regula est affirmatiua. Fallit autem in multis casibus nota. per glo. in sti. de le. §. quod autem diximus. et. C. e. l. actor. et. C. de eden. l. qui accusare. et i. c. vno. ut eccle. bene. Presumptio autem est triplex. Nam quidam est talis cui statur etiam si contrarium quis probaret. Et ista appellatur iuris et de iure. ut est in dote mulieris stipulata. Alia est cui statur donec contrarium probetur. ut si res sit patris. presumitur heredis esse. Tertia cui non statur aliquo modo nisi habeat ad iudicium. ut probatio per priuatum instrumentum. C. e. l. instrumenta. Et differt presumptio a fictione. quia fingitur super eo quod est certum. presumitur super incerto. ut dicit glo. in l. vna. C. de rei vxo. acc. Et sunt in materia presumptionis varia vocabula. Aliquam appellatur iudicium. C. de rei vend. l. iudicia. Aliquam do suspicio. l. absentem. §. de pe. Aliquam do opinio. l. §. eundem §. de testi. Aliquam do presumptio temeraria. de sentent. excō. inquisitō. Aliquam do presumptio non modica. c. super eo. de testi. Aliquam do presumptio probabilis. dic. c. in quōstion. Aliquam do vehemens. c. litteras. de testi. spol. Aliquam do vltra quod idem est quod vehemens. c. cum continentia. de here. l. vj. Et de varijs generibus presumptionum est. glo. in. c. is qui. §. spon. et i. c. quāto. et. c. scribā. de psump. pot. bar. in. l. admonēdi. §. de iure iur.

## De fide instrumentorum.

Instrumenti appellatione largo sumpto vocabulo: omnia ea accipienda sunt quibus causa instrui fit. et ideo tam testimonia quam personarum instrumentorum loco habentur. Stricto autem accipitur per scriptura quam fit ad probationem alicuius rei in futurum faciendam. vel scriptura ad memoriam alicuius rei confecta. Et sunt inuenta instrumenta ad faciliorem probationem. sunt enim scripturae. ut quod actum est per eas facilius probari poterit. l. contrahit. supra de pigno. Et sunt tria vocabula principalis instrumenti. scilicet originale. autenticum et exemplar. Item alia tria nomina inde extracta. scilicet index. exemplum et sumptus vel etiam memoria ut. C. de eden. aut. si quis in aliquo Et cui fides habetur tractat glo. in. l. ij. §. e. Nam solum publico instrumento habetur fides per se. id est sine alicuius adminiculo: eo quod sine vitupatione aliquam appareat ut in aut. e. ti. §. si vero moriantur. nisi is contra quem profertur probet esse falsum. C. e. l. sinceris. calumiosas enim scripturam vim obtinere non oportet §. e. l. ij. Si vero non sit publicum instrumentum sed priuatum: fides non habetur nisi per testes id probetur. vel per comparationem litterarum. C. de pba. l. i. instrumenta. Alioquin si est scripta manu illius protra quem agit. facit fide contra scriptentem. Quod si neget esse manum suam recurrat ad comparationem litterarum. l. comparationes. C. e. ipse negans condemnatur in duplum si probatur de manu sua confecta in aut. contra quam propriam. C. de non nu. pecu.

## De testibus.

Ulus testimonioꝝ ab his ꝑꝑue exigendus ẽ. quoz fides non vacillet  
 Et pnt adhiberi testes nõ solũ i criminalibꝫ causis. sed etiã in pecuniarijs  
 litibꝫ. Et recipiãt hi in testimonio qbus nõ interdicit testimoniuꝝ. de qbꝫ  
 l. iij. §. j. r. l. idonei. et l. testis. r. l. nullꝫ. r. l. ob carne r. e. §. e. vel q nũs  
 la lege a dicẽdo testimonio excusant. de qbꝫ. §. l. iij. §. lex iulia. r. l. iuiti.  
 q excusat senes q sunt maiores annis septuaginta. r valitudinarios. id ẽ  
 qui morbo detinent. r milites. vel eos qui reip. causa absunt. vel qbꝫ ve  
 nire non licet. Dicebant autẽ testes antiquitus supstitis. eo q sup statu  
 cause pferbant. Hanc autẽ pte nomis ablata p apberesim r testes soluz  
 dicuntur. c. forus. de ver. sig. Et in testibus considerant hec. Etas. condi  
 cio. sexus. discretio. fama. Et fortuna fides in testibus ista requires. glo. i  
 l. iij. §. e. et in. c. ij. extra. e.

## De iuris et facti ignorantia.

In hac materia quattuor sunt q vident idẽ. sunt tñ diuersa. scz ignora  
 tia. nesciẽtia. error. r titubatio. Primum sumit in mala pte. qui scilicet de  
 bet scire et ignorat. vñ d: Qui ignorat ignorabit. c. nisi cum piddẽ. de re  
 nun. Nescire autẽ in bona. et mala pte. Nam omnis ignorans nescit. s nõ  
 conuertit. Error autem est. cum aliud est q credã. Qd autẽ aliud sit erra  
 re q ignorare patet q dicit lex. si potest possessio acquiri ignorãti: ergo et  
 erranti. §. d ac. p. l. si me inuacũ. §. i. Titubatio vero. cũ hinc inde duo  
 diuersa vel cõtraria scire videoꝝ nec alicui eozuz magis animũ applico. C  
 de condi. inde. l. si. Et licz in alijs sit differẽtia iter ista qrtuor. tamẽ quã  
 tum ad hunc titulũ non est differentia. nam omnia ad factum r ad ius res  
 feruntur. Et est regula in hac materia. iuris qdem ignorantiam cuiqz nõ  
 cere. facti vero ignorantiam minime. quod ita intelligendum est. q iuris  
 igno. atia non pdest acquirere volentibꝫ: suum vero petentibus nõ nocet  
 Et q dicitur ignorantiam facti non nocere ita intelligẽdum est. si non sit  
 supiua ignorantia. id est negligentia crassa vel affectata Circa quod scien  
 dum q ignorãtia alia est iuris. alia facti Juris. alia iuris naturalis. alia  
 quasi naturalis. alia ciuilit. Facti alia ẽ probabilis. alia non probabilis  
 Naturalis iuris ignorantia. ẽ in filium qui credebat sibi licere pulsare pa  
 rentem. vel non procurare eum furiosum. vel captiuũ non redimere. cum  
 ipse filius sit maior. xvij. an. r ideo non parçitur ei quo minus exherede  
 tur. vt in aut. vt cuz de app. cog. §. causas. col. viij. De secunda scz qua  
 si naturalis iuris. pone exemplum in liberto r patrono. C. de in ius vo. l.  
 ij. De tertio scz iuris ciuilit pone exemplum in. l. j. §. e. Sed i hoc tertio  
 membro subdistinguit. Nam aut ignorans certat de danno vitãdo. r tñc  
 nõ nocet vt dõ dõctũ est. fall. in debito. l. error. C. ad. l. fal. Si autem igno  
 rans certat de lucro captãdo. Subdistingue an potuerit psulere pitiores  
 r tñc et noceat. id ẽ nõ pfit. An nõ potuit psulere. r tñc nõ noceat. l. regu  
 la. §. s iuris. §. e Facti aut ignorãtia si est pbabilis vt in facto alieno. tñc  
 pdest in cõpẽdijs. r nõ nocet i dõntis. l. error. §. e. Aut ẽ nõ pbabilis. vt

# Digestum Vetus

est i factio pprio . vel in alieno facto si ē supina ignorātia . ⁊ tūc nō excusat  
Fallit autē pdicta de ignorātia iuris vel errore . in minorib⁹ . feminis . mili  
tibus . vt in . l . regula . § . alle .

## Liber vicesimustertius

### Desponsalibus.

Sponsalia sunt mētio ⁊ repromissio futuraz nuptiaz Et dicunt  
sponsalia a spōdendo . Nam mox fuit veterib⁹ stipulari ⁊ spō  
deri sibi vxores futuras . vnde ⁊ sponsi sponseq; appellatio nata  
est . Et sufficit nudus p̄sensus ad cōstituēda sponsalia . Deniq; cōstat ⁊ abs  
sentē absentī desponderi posse . Et hoc quortidie fit . dūmodo hi q̄ absunt  
sciunt eoz noīe sponsalia fieri . Aut si postea ratū habuerint . Et in sponsa  
libus etas cōtrahentiū diffinita nō est . sicut in matrimonijs . quapropter  
p̄mordio etatis sponsalia effici possunt . si saltem id fieri ab vtraq; p̄sona i  
telligatur . id est si p̄sone non sint mīores septem annozū . ⁊ hoc tenet glo  
infi . de nup . § . j .

### De ritu nuptiarum.

Ritus nuptiaz exponit . id ē de festiuitate siue solēnitare nuptiaz Et hec  
quattuor matrimoniū . nuptie . iugū . cōsorciz . id ē significat . Cōtuber  
niū vero est tñ inter seruos . l . serui . C . de adul . Et sunt nuptie siue matri  
moniū cōiunctio maris ⁊ femie . indiuiduā vite cōsuetudinē continens . ⁊  
p̄sorciz om̄is vite . ⁊ diuini ⁊ humani iuris cōmunicatio . infi . de pa . po  
circa p̄n . iūc . glo . Et dicunt nuptie a nubendo . id ē velando . qz mulieres  
velate ⁊ quasi sub nube incedere debēt . xxxiij . q . v . hec imago . Matrimo  
niū autē appellatū est . qz mulier nubit vt mater fiat . ⁊ qz onera . dolores .  
⁊ pericula part⁹ mulier subit . ideo potius a matre q̄ a patre matrimoniū  
appellat . c . fi . de cōuer . infi . de . r . l . fi . C . qui . po . no . pig . Coniugiū autem  
dictum qz cōmuni iugo ⁊ equali iuges vitā trahere debent . licet aliquā  
do dispari tractu . Cōsorciz autē distū est . qz om̄is vite societas inter eos  
cōmunicari debet . Sūt autē q̄dam q̄ nuptias fieri p̄hibent ⁊ factas dissol  
nunt . que no . p̄ glo . infi . de nup . § . sunt ⁊ alie . Et continent̄ his versibus  
Etas . cōdicio . numer⁹ . monachar⁹ . ⁊ ordo . Adop . nobilitas . sanguis . tu  
tela . potestas . Fons . sacer . affinis . rapt⁹ . repugnat honestas . Irrita q̄ fa  
ciūt cōnubia legib⁹ hec sunt . Scōz canones autē Jo . an . in summula super  
q̄rto decre . ponit alios x̄sus istos videlicet . Error . pdicio . votū . cognatio  
crimē . Cultus disparitas . vis . ordo . ligamen . honestas . Si sis affinis . si  
fo . te coire neq̄bis . Hec coplanda vetant cōnubia . facta retractant .

### De iure dotium.

Rei p̄n . interest mulieres dotes suas saluas habere p̄pter q̄s nubere  
possunt . Et appellat̄ dos . datio q̄dam q̄ noīe vxoris marito ad p̄ferenduz  
onera matrimoniij cōstituit . Et qz dos intuitu matrimoniij fit . ideo dotis  
appellatio ad ea matrimonijs nō refert̄ q̄ p̄sistere non p̄nt . Hec enī dos

# Liber XXIII

sine matrimonio consistere pōt: sed bene ecōtra. vbi cūq; igitur matrimo-  
nij nomē non est: nec dos est. Et est duplex dos. pfecticia. q̄ a patre vel a  
parente. id est auo paterno vel pavo. pfecta est de eius bonis. vel eius fa-  
cto. Siue igit̄ parens dedit dotē. siue pcurator eius. siue iussit aliuz dare  
siue cum q̄s eius negociū gerens dedisset parens ratum habuerit. vel ei⁹  
intuitu collata. pfecticia dos ē. Si autem aliūde puta ex bona fortuna p  
muliere dos p̄sūt. aduēcticia dos appellat̄. Et licz dominiū dotis maneat  
apud vxorē. tñ fruct⁹ dotis ad maritū p̄tinere debere eq̄tas suggerit. id ē  
p̄suadet. cū est ip̄e onera matrimonij subeat: equū est etiā eū fructus p̄ci-  
pere. Dotis aut̄ causa data. accipe debem⁹ ea q̄ i dotē dant̄. ceterū si res  
venit ea q̄ greci parapherni dicūt: queq; galli peculū appellāt. id ē q̄ mu-  
lier hz p̄ter dotē: nō statim mariti efficiūt: nisi sic dent̄ vt eius fiant.

## De pactis dotalibus.

Ne dū ante nuptias licet sup̄ dote pacisci: sed etiā post. Non tñ super  
dote licet in omni casu vel oib⁹ pacisci ante nuptias. et post. vir est cum  
vxore p̄stante matrimonio paciscēdo sup̄ dote. si q̄dem donatōis cā faciat  
aut cōferat̄ pactū donatōis sup̄ dote appositū in t̄ps matrimonij. et non te-  
net. Si vero collatū sit pactū post matrimonij solutū. et tenet. nisi inuitet  
quis ad furandū. Sunt et alia pacta quedā que circa dotē apposita q̄nq;  
valēt q̄nq; improbabia sunt et moribus r̄legibus. et p̄pterea inualida. de  
quibus tractat hic tit. et c. de pacantibus r̄.

## De fundo dotali.

Lex Iulia q̄ dotali p̄edio p̄sperit: statuit ne marito liceat obligare aut  
alienare fundū dotalē. et idem de sponso. Dicit̄ aut̄ fundus dotalis q̄ ab  
vxore marito i dotē tradit̄. fallit hoc i q̄rtuor casib⁹. Primo q̄n marit⁹ p  
uocat ad diuisionē fundi dotalis. qui cū altero cōis est. l. si. C. de fun. do.  
Secūdo nisi ex necessitate puta qz aliter viuere nō p̄t. vel vt exeat carceres.  
l. j. C. de lib. cau. Tertio nisi cū vniuersitate bonoz ip̄ius mariti transeat  
l. ij. §. e. ti. Quarto nisi vertat̄ ad vtilitatē mulieris. l. si. §. e. ti.

# Liber vicesimusquartus

## De donationibus inter virum et vxorem.

Cōprobatū ē morib⁹. i. iure ciuili. ne int̄ virū et vxorē p̄stante mas-  
trimonio donatōes valerēt. et hoc id̄ ne mutuo amore iure spoli  
arēt si donatōib⁹ nō obtēperarēt. nec eēt studiū liberos poti⁹ educādi  
Et sepe futurū esset vt destituerent̄ matrimonia. id est separant̄ vel exha-  
rarent̄. si nō donaret̄ is q̄ possidet: atq; ea rōne euentū eēt. vt venalia eēt  
matrimonia. qd̄ tē nō debet. l. ij. C. de inu. stipu. Voluit igit̄ lex int̄ vi-  
rum et vxorē donatōes p̄hibere. existimās honestū amorē ex aīo pendere  
debere. nō ex lucro. et ne cōcordia p̄cio conciliari videret̄: ne ve melior in-  
pauptatē icideret: et deterior distior fieret. §. e. l. j. ij. et. iij. P̄hibēt̄ igit̄  
iste donatōes p̄stante matrimonio fieri. q̄bus factis. donat̄ sit pauptor et

# Digestum Vetus

recipiens locupletior. Iste appellat̄ lucrativē donatiōes. Remunerativē aut̄ pura si plebeus nobiles vxorē ducat. aut plebeia militē. vel rusticana virum litteratū. aut dignitate p̄ditum recipiat: potest. in cōpensationē p̄sentientie aut p̄rogative nobilitatis aut dignitatis aliquid donare. istud em̄ cōstitutionib⁹ p̄ncipum p̄missum est. C. e. ti. p. to.

## De diuortijs.

De diuortijs. id ē disingēdis matrimonijs olim tractis loq̄ hic titulus. Est aut̄ diuortiuū p̄prie inē diuges q̄ semel p̄iūcti legitime diuortiant̄ id ē separant̄. Repudiū aut̄ ē inē sponsos q̄ p̄us legitime p̄iūcti nō fuerant et nūc a p̄iūctione abstinent̄. S; p̄miscue iura vtunt̄ his vocabulis. I. diuortio. §. j. de x. sig. Et erāt olim multe cause ex q̄bus diuortia fierent: que enumerant̄. C. e. l. cōsensu. Additis tribus p̄ insinuant̄ in aut̄. de nup. coll. iij. §. has itaq; hodie aut̄ pauce sunt. vt in aut̄. vt liceat. ma. et aue. §. q; vero plurimās. coll. viij. Scdm̄ canones aut̄ nulle sunt cause diuortij veri: q; nō fit diuortiuū nisi ex causa cōsanguinitatis. et tūc non dirimit̄ sed magis nullū declarat̄. Itē p̄pter adulteriū. s; tūc nō fit diuortium. q; aliā accipe non p̄t̄ licet debith reddere nō teneat̄ vt d; glo. in. l. diuortio §. de neg. ges. Diuortiuū aut̄ dicit̄ a diuersitate mentis. vel q; in diuersas p̄tes eunt q̄ distrahūt matrimoniuū. Et in diuortio. nō est nisi vnū verbum qd̄ aīo p̄stituēdi p̄petuā dissensionē fit: hoc mō: res tuas tibi habeto. res tuas tibi agito. In repudijs aut̄. id ē in renūciatiōe q̄ in sp̄sali⁹ dicit̄: endis fit. interuenit renūciatio in hec verba. conditione tua nō vtat̄. Et i illa necessarij sunt testes septē ciues romani. puberes. et rogati. Item necessaria ē scriptura vel libell⁹. licet em̄ solo p̄sensu p̄rabat̄ matrimoniuū: nō tñ solo dissensu dissoluit̄ s; necessaria ē scriptura. fauor em̄ liberor̄ impat̄ solutiōem matrimonij difficiliorē esse. Itē necessariū ē q; duret voluntas eius q̄ misit libellū repudij. Nam si penituerit eū. et p̄ ignorantia mutata volūtat; obligat⁹ ē alteri. durat m̄rimoniuū nisi penitētia cognita. is q̄ accepit voluit matrimoniuū soluere. tunc em̄ p̄ eū q̄ accepit soluit̄ m̄rimoniuū. C. e. l. cōsensu. in p̄n. et. §. e. si penituerit. Item necessarium est q; fiat missio libelli aīo p̄stituēdi p̄petuā dissensionē. quicqd̄ em̄ calore iracūdie fit vel d; non p̄us ratū est q; p̄seuerātia declarat̄ iudiciū animi fuisse Ideo q; p̄ calorem missio repudij in breui reuerſa est vxor nec diuertisse videtur. §. e. l. diuor.

Finis digesti veteris.

## Tituli digesti Inforciati.

¶ hoc p̄ncipio iforciami. nō ē caput noui libri. s; diuisio p̄cedētis vicesimi q̄rti. Facti sunt em̄ p̄dotib⁹ tres singulares libri. vt est tex. in p̄be. ff. alterutri Et cōstat vnū esse de spon. s. li. xxiij. Alti⁹ de dona. inter vl. ⁊ vro. vt. s. li. xxiij. sub quo ⁊ cōprehendit̄ p̄ns titulus. Tertio de imp̄sis in reb⁹ dotalib⁹ factis. vt. f. li. pr. ergo hic nō potest esse caput libri. vt. C. de ve. iur. enu. l. ij. §. post hos. Et s; inforciam addendo ei⁹

substantiuū scz ius vel digestum. Appellatū ex eo vt q̄dam volunt: qz forte ius. id est efficax ⁊ validū circa hereditates cōtinet. vel ita denominatū ab eius inuenteore vel auctore. sicut publiciana ⁊ triticaria. vlt quod meli⁹ est. nomē est magistrale de quo disputare cur̄ impositiū sit relinquit̄ p̄tina cib⁹ fm tull. ad herētiū. ⁊ qz plura sunt negocia q̄ vocabula s; de p̄scrip. x. l. natura. Alij dicunt qz ab inforciam chaldeo vocabulo denominat̄: q̄s dem est qz dispositio. qz vltime dispositiones ⁊ volūtates hoc libro p̄tinēt itur. vnde solet dici. Sum liber fortis disponens p̄elia mortis. Et clausis portis me discat lector in hortis.

## Solutio matrimonio quēadmodū dos petat̄.

Quibus modis matrimoniuū dissoluat̄: diximus supra de ritu nup. ⁊ de viroz. quocūq; ergo modo dissoluat̄ matrimoniuū habet locum hic ti. f. de x. sig. l. cuz q̄rebatur. Et no. qz dicit matrimonio: alias em̄ nulla actio cōpetit: si sciens non valere matrimoniuū dotē dederit. Si autē ignorās. conditio ob causam locū habet. l. j. C. de p̄di. ob. cau. Quēadmoduz id est p̄ quos vt. f. e. l. ij. Et a quib⁹. ⁊ in q̄rtum. f. e. l. maritū. Et quādo. qd̄ constat ex ip̄o rubro. scz soluto matrimonio. petat̄ id est repetit̄. ⁊ ita simplex p̄ cōposito ponit̄. sic ā de pig. acc. l. petenti. Debet itaq; soluto matrimonio dos solui mulieri. ⁊ olim soluebat̄ sibi annua. bima. trima die. id ē q̄lū het anno tertia ps. Hodie aut̄ imobilia statim: mobilia intra annū. vt. C. de rei. vr. acc. l. vna. §. ex actio. fallit in casibus q̄bus dos soluit̄ sed nō mulieri p̄imo quando culpa mulieris solutū est m̄rimoniuū. puta p̄p̄ ei⁹ ad alterium. f. e. l. luci⁹. in si. nisi etiā vir deliquerit. f. e. cum mulier. ⁊. l. viros. Secūdo fallit si pactū est lucrāde dotis interpositū: vt in aut̄. de sanct. epi. §. si x̄o cōsta⁹ te. coll. ix. Item fall. si aliud p̄or obijci mulieri vt. f. e. si mulier. ⁊. l. sol. Item fall. si extrane⁹ dedit. ⁊ pact⁹ est sibi reddi. C. de rei. vr. acc. l. vna. §. accedit. Item fall. si est in p̄tate patris. f. e. l. ij. §. j. Et licet in titulo dicat̄ soluto matri. tamen aliquādo etiā p̄stante matrimonio dos repeti p̄t. primus est. f. e. si cōstante. in p̄n. p̄pter neopiam videlicet mariti. q̄ euidētissime apparuerit mariti facultates ad dotis exactionez non sufficere. Secūdo est supra de iur. dotis. l. quēadmodū. vt quādo bona gratia matrimoniuū fuerit solutū. vt si fact⁹ fuerit monachus. qd̄ esse p̄t. l. si. C. de epi. ⁊ de. ⁊. c. fi. de puer. p̄in. Tertius ē. C. de repu. l. j. Quart⁹ si marit⁹ damnat̄ in metallū. nam hodie non soluit̄ p̄ hoc matrimoniuū. vt in aut̄. de inup. §. quod aut̄. coll. iij. ⁊ tamen dos repetitur. f. e. si marito.



# Digestum Inforciatum

Sunt et alij casus quibus postante matrimonio maritus non cogitur restituere dotem. prout tamen si vult. et valet restitutio. §. e. l. quis. et l. se. Alias si reddat vir dotem postante matrimonio: non liberatur nisi quatenus mulier esset locupletior. l. j. C. si dos postante ma. sol. fu.

## Liber vicesimus quintus et primus huius.

### De impensis in rebus dotalibus factis.

Apra titulo primo tractatum est quomodo soluto matrimonio dos debeat solum mulieri. Sed quia maritus in rebus dotalibus aliquando expensam facit. et aliquid ei impedit quo dos diminuitur: sicut in questu quando in restitutione dotis. posset illud retinere. et distinguit iurisco consultus. faciens triplices impensas. Necessarias. vtilis. et voluntarias. Necessarie sunt quibus non factis res erat pitura vel deterior futura. veluti aggeres facere. flumina auertere. vetera fulcire. iter rescere. arbores in locis mortuorum imponere. Vtilis sunt quibus non factis. res non erat pitura: sicut eis factis res est melior futura. veluti pecora peditibus imponere. id est stercore. Voluntarie sunt quas maritus ad voluntatem fecerit. et que rem ipsam exoriantur ut balnea extruere. parietes depingere. In primis expensis scilicet necessariis dicitur quod minuat dotem ipso iure. si consistat in pecunia et specie dos. vt si fundus et pecunia in dote datur: quantum in fundum impeditur: tamen in pecunia ipsa deberi desinit. Si vero solus fundus in dote sit. tunc si tantum expenderit simul vel etiam diuersis vicibus: quantum est fundus. tunc ipso iure desinit esse dotalis: sicut tantum diu totus vel pro parte retinetur: quod diu impense restituantur. supra de iur. do. l. si res qui. §. pe. et si. Si autem vtilis sunt. tunc pro actionem negotiorum gestorum vel mandati: si mandato mulieris fecit repetuntur. voluntarie autem non repetuntur etiam si mandato mulieris facte sunt: sed abraduntur si possunt abradi sine lesione potius status. C. de rei v. acc. l. vna. §. sed nec ob impensam.

### De actione rerum amotarum.

Quia in dissoluendis matrimonijs pro diuorcium. vel aliter. aliqui sunt amotiones rerum. quae repetitioni etiam dotis. pro compensatione opponitur ob res amotas. vt in l. j. C. e. Ideo rerum amotarum titulus hoc est de amotione rerum et earum actione quae dicitur rerum amotarum supponit. Et dicuntur res amoueri quantum ad hunc titulum large: puta si celare sint. id est abscondite. vel delate. id est abscondite. vel coeumpre. vel correptate sint dolose non errando. Et est singularis actio rerum amotarum introducta aduersus eam quae vxor fuit: quia non placuit cum ea furti agere posse. quod societas vite quodammodo dominam faceret rerum ipsius mariti. Nam in fauore matrimonij turpis actio aduersus vxorem amouente negatur. Et qui rerum amotarum instituit actionem quattuor necessario habet probare. vt locum habeat haec actio. scilicet quod res mariti dolo malo ab vxore amoueat. vel res vxoris a marito. §. e. l. contra. §. ite cu. et l. mulier. Item vt fiat amorio postante matrimonio. nam si post diuorcium vel solutum matrimonio

quodā vxor viri res amouet. pueniret actioe furti. §. i. e. l. 7. ideo. §. rñ. Itē  
 et q̄ causa diuorciij et secutū sit diuorcium. vel q̄ fiat causa sperate mortis et  
 sequat̄ mortis. §. e. si mulier. et. l. rerū q̄dem. Actio ista psonalis ē ppetua  
 et ptozia. §. e. l. rex amoraꝝ et. l. si mulier. §. hec actio. et habet naturā p̄di-  
 cationis vt scz nō infamat. §. de acc. et ob. l. cesset.

### De agnoscendis liberis vel parentibus vel patronis vel libertis.

Senatuscōsultū plaucianū. qd̄ factū ē de liberis agnoscendis : duas spēs  
 cōplectit̄. vnā eoz q̄ agnoscunt. id ē tenēt agnoscere. alterā eozum q̄ fal-  
 sum partuz subiiciūt: p̄ma vt veri liberi agnoscat̄: scd̄a vt falsi et suppositi  
 repellant̄. et examinent̄ an veri sint vel falsi Qui ergo falsum p̄tū subiici-  
 unt tenet̄ crimie falsi: et ppetuo: et soli p̄entes vel quoz interest accusant̄.  
 §. de fal. l. qui falsi. §. j. Hec differē hec accusatio in t̄ps̄s pubertatis. p̄ter-  
 mittit̄ igit̄ mulieri p̄ hoc senatuscōsultū si putet se pregnantē: denūciare  
 intra. xxx. dies cōtinuas post diuorcium cōnumerādos. ipi mar. to vel parē  
 ti eius. aut ad domū denūciare si nulli eoz copiam habeat Mulierem ex  
 eo esse pregnantē. Et ex tūc marit⁹ p̄t mittere custodes: aut eidez nūciare  
 q̄ nō sit ex eo p̄gnans. Et ē pena mariti: q̄ nisi aut custodes p̄miserit: aut  
 p̄tra denūciauerit non ex se esse p̄gnantem: cogat̄ marit⁹ p̄tum agnoscere  
 id ē alere. Et si nō agnouerit: extra ordinē. id ē arbitrio iudicis pena ple-  
 ctetur. Et p̄tinet hoc senatuscōsultū ad eos p̄tus q̄ post diuorcium eduntur  
 Aliud ē senatuscōsultū. factū tēporib⁹ diui adriani vt etiam si p̄stante ma-  
 trimonio partus sit editus: de agnoscēdo eo agat̄. p̄iudiciali in rem actioe  
 qua se in filiū vendicabit vel in nepotē. dicēs se ab eo genitū: vt ab eo p̄ci-  
 piat̄ alimenta et successionē: q̄ filij a parētib⁹ p̄cipere debent. Tenet̄ igit̄  
 p̄ hunc titulū pat̄ alere filios et nepotes qui suo artificio se nutrire nō pos-  
 sunt. Et ecōtra filius p̄rem. aut. panū. ceterosq̄ ascendentes ex vtraq̄ li-  
 nea: Tenet̄ etiā patron⁹ alere libertū. et ecōtra. Alimēta aut̄ p̄ modo fa-  
 cultatū erūt p̄benda indigentib⁹. alias enī q̄ tenet̄ p̄stare alimenta. et nō  
 facit̄: sed eū abijcit quē alere deberet: vel ei alimonia denegat̄: videt̄ euz  
 necare ac si partū suffocasset. id ē anteq̄ nasceret̄ extirxisset: vel natuz ad  
 fauces strinxisset. l. necare. §. e. Generale tū ē in oibus parentib⁹. vt non  
 cōpellant̄ alere. si habeāt quid obijciant liberis. et econtra. §. e. l. si quis  
 §. sed et filius. et. §. idem iudex.

### De vētre inspiciēdo. custodiēdoq̄ partu.

Quia vbi soluto matrimonio mulier fateat̄ se p̄gnantē ex viro. locus ha-  
 bet senatuscō. plauci. vt scz de inspiciēdo ventre. custodiēdoq̄ partu. ser-  
 uent̄ ea q̄ dicta sunt s̄ ti. pri. vt videt̄ mulier his ad quos ea res pertine-  
 bit. p̄curatorib⁹ ve eoz. bis in mense denūciadū curet̄: vt mittat̄ si velint  
 q̄ ventrē inspiciāt. Mittant̄ aut̄ mulieres libere dūtataz q̄nq̄: hez simul  
 omnes inspiciāt Et ne q̄ eaz dum inspiciat̄ inuita muliere ventrē tāgat̄ Et  
 pariat̄ mulier i domo honestissime femie. a iudice deputāde Et i q̄ mulier  
 paritura erit: ibi non plures adit⁹ sint q̄ vn⁹ Hec plures mulieres libere  
 ūnt q̄ decē. vel ancille q̄ sex Et he que intus future erūt excruciant̄ omēs.

# Digestum Inforciatum

id ē inquirant: in eo conclauit ne qua pregnans sit. tria lumina nec minus ibi sint. scz qz tenebre ad subiiciendū partū aptiores sunt. Et quod natus erit. his ad quos ea res ptinet. si inspicere volent ostendat: et apud cum educat apud quē parens iusserit. Ecōtra cū maritus pgnantem mulierē dicit: vxor autē negat: eligeť domus honestissime femine. in qua vxor veniat: et ibi tres obstetrices pbatissime et artis et fidei: que a iudice assumptę fuerint. eam inspiciat. Et si qdem omnes vel due reuulerint pgnantem videri: tunc mulier custodē a viro adhiberetur admittat: ac si ipa hoc desiderasset. Si autē omnes vel plures: non esse grauidā renūcauerint: nulla causa custodiendā erit. poterit igit iudex mulierē ad se euocare. et apud euz interrogare: an se putet pgnantem. cogēdaqz erit respondere. et in ius venire. captis pignozibz et distractis. si stennet. vel imposita mulcta coherceatur: et tunc locū habeat titulus noster.

**Si vētris noīe muliere ī possessionē missa: eadez possessio dolo malo ad aliū trāslata esse dicat.**

Contingit aliquando vt mulier que se pgnantem esse dicit: ppter ea in possessionē bonoz mariti. ventris nomie mittit: ipa eandē possessionē dolo malo. id est fraudulenter in alium transfert: quapropter hoc edicto prospectum ē. vt in mulierē q in alium hęc possessionem dolo malo transtulit actio constituat in factū: quāti interfuit eius. ad quem eadē possessio ptenebit. Et dabitur hec actio etiā post annū. quia habet rei psecutionem. id ē datur ad interesse. et recte a ptoze psum ē: ne dum in fauorem partz possessionem polliceat causa ventris: alijs pcede occasionem pbeat. id ē. iniuste acquisitionis materiam.

**Si mulier ventris nomine in possessione calūnie causa esse dicatur.**

Si de possessionē vētris noīe qrat: et deferēte herede mulier iurauerit se pgnantē esse: fuāduz ē iusurandū: nec tenebit mulier quasi calūnie causa fuerit ī possessionē missa: nec vis ei faciendā ē post iusurādū. Si tñ pperit: qrat veritas an ex eo pgnans fuerit. Et dicitur p calūniā in possessione fuisse: q sciēs prudensqz se pgnantē nō esse: voluerit in possessionē venire. Comperit autē hec actio ei: cuius interfuit in possessionē missā non esse puta heredi: vel ei qui substitutus fuit: vel qui ab intestato si partus non fuisset. succedere potuisset. Et hūc puidit pretor. Sicut etiā facilis ē. circa bonoz possessionē dandā mulieri vētris noīe: ita calūniā eius. id ē eā nō eē pgnantē vel ex alio grauidā. impunitā noluit relinqre.

**De concubinis.**

Concubina olim dicebatur pellex: postea autē amica dicta ē: nūc autē honestiori vocabulo concubina appellatur. que lege cōingali soluta: ei coheret qui possit esse maritus. et secum concūbit: quapropter etiam concubina appellata ē. que et focaria. id ē focum vel culinā pparās. vel clauigera appellat. maxie si clerico coheret. Et pnt in concubinato solū ille mulieres

retineri. in quas stuprū nō cōmittit̃. id ē q̃ nō sunt Xgines vel vidue. vel in quas incestum non cōmittit̃. vt sunt cognate ⁊ montales. Et regularit̃ ista p̃t esse cōcubina: que p̃t esse ⁊ vxor: vt in aut̃. vt lice. ma. ⁊ auie. §. ad hec. coll. viij. Et cuiuscūq; etatis ꝓcubinā habere posse palā ē: nisi minor annis duodecim sit. Et q̃ ꝓcubinā? p̃ leges nomē assumpit̃. id ē effectū vt sit legitima ꝓiuctio Ideo extra legis ē penā. scz adulterij vel stupri. intelligam⁹ lege ciuili. vel fori. ꝓmissum esse ꝓcubinātū: non iure poli. nam fm̃ diuinas ⁊ canonicas institutōes. oīs fornicatio ꝓhibita ē. xxxij. q. iij. nemo sibi blandiat de legib⁹. ⁊. c. meretrices.

## Liber vicesimus sextus et secundus huius

### De tutelis.

t Tutela est vt Seruius diffiniuit. vis atq; prās i capite libero cōstituta. id est violenta prās: ad tuendū eum q̃ ꝓpter etatem suā se defendere nequit iure ciuili data: ⁊ ꝓmissa a testatore. Tutor res sunt qui eā vim atq; potestatem habēt. ex qua re ipsi nomē acceperūt Itaq; appellant̃ tutores. quasi tutores atq; defensores: sicut editū dicūtur qui edes tuent. l. j. §. j. §. de off. ꝓf. vj. Et est tutela virile officij: femine em̃ tutores dari non possunt: nisi a ꝓncipe filioꝝ tutelaz specialiter postulent rē. C. qm̃ mulier. tu. off. l. ij. S; hodie mater et auia absq; hac imperatiōe oībus ꝓferunt̃: si renūciant scōis nuptijs. ⁊ senatus cōsul. velleia: no. exceptis testamētarijs in aut̃. de here. ab intel. §. ex his. ⁊ in aut̃. matri. C. qm̃ mul. tu. off. ⁊. l. oēs. C. ad tercul.

### De testamentaria tutela.

Triplex repit̃ tutela. Testamentaria. legitima. ⁊ dātiua. Inter quas q̃ testamentaria ꝓncipalior ē. ⁊ magis ꝓuilegiata: ꝓdiu em̃ superest testamentaria tutela ꝓmittit̃ Est aut̃ testamentaria tutela: quā testator i testamēto suo facit. Est em̃ lege. xij. tab. ꝓmissuz parētib⁹ liber⁹ suis. siue masculini. siue feminini sexus. si saltē in sua ptāte sint: tutores testamento dare: ⁊ etiam posthumis vel nepotib⁹. Et dicunt̃ testamēti dati tutores etiaz hi qui codicillis testamēto ꝓfirmat̃ scripti sunt. Et testamēto dati tutores nō sunt cogendi satisfare rem pupilli saluam fore. qz fides eorum a testatore videtur esse approbata.

### De cōfirmādo tutore vel curatore.

Tutores fm̃ testamēta recte dari intelligunt̃: si dati sunt a qb⁹ oportet id ē a patre. Et qb⁹ oportet. puta liberis. Et quō oportet. id ē q̃bus Xbis puta liberis meis tutorē do. Et vbi oportet. puta in testamētis. vel codicillis ꝓfirmatis. Si aut̃ fuerit ꝓsona talis. q̃ nō p̃t dare tutorē. veluti mater. aut extrane⁹. Aut talis ꝓsona cui non p̃t dari. veluti pater filio non

# Digestum Inforciatum

existenti in p̄tate: aut codicillis nō p̄firmatis: tūc q̄s deficit replē a p̄sula  
ti p̄tate. Et p̄t talis tutor p̄ iudicē cōfirmari. Et si q̄dem pater fuit qui de  
derit: amplius nihil inq̄rit qui p̄est: s; simpliciter eū p̄firmat sine satisfactiōe  
sive inq̄stioe. Si aut̄ alius q̄s dederat: tūc inq̄rit p̄sonā si ē apta In  
p̄firmādo aut̄ tutore. p̄tor inq̄rere debet an patris volūtas durauerit: vel  
an improbitas morū ipsius tutoris. p̄us ignorata v̄ celata. emerseit: vel  
inimicitie cum patre exarserint.

## De legitimis tutoribus.

Legitime tutele sunt q̄ delate sunt agnatis et p̄sanguineis. Itē patro  
nis. id ē his q̄ ad legitimā hereditatē admitti p̄nt. Et hi dicūt legitimī  
tutores. q; lex. xij. tab. eos dat. et habuit in hoc lex summā p̄udētiam: vt  
hi q̄ sperarent successiōe pupilli si morerēt. ijdem etiā tuerent bona ne  
dilapidarent. Sunt aut̄ agnati. q̄ p̄ virilis sexus p̄sonas cognatiōe iun  
cti sunt. quasi a patre cognati. veluti frater eodē p̄re nat. fratris fili. ne  
pos ve ex eo. Itē patru. et patruī fili. et nepos. Hodie aut̄ inter agnatos et  
cognatos q̄ ad tutelā. nulla ē differētia. S; q̄ primor: ē: sicut in successiō  
ne v̄teriorē repellit: et i tutela onus subeat. dūmodo nullo defectu eta  
tis. vel morbi sint impediti. in aut. de here. ab intes. §. ex his. coll. ix.

## De tutoribus et curatoribus datis ab his q̄ ius dandi habent q̄ in quibus causis specialiter dari possunt.

Deficiente tuto: e testamentario vel legitimo: olim dabať tutor ex lege  
atilla. p̄ f̄tozē cū tribunus in ciuitate romana. In puincijs aut̄ ex lege in  
li. et ticia p̄ p̄sides. q̄ p̄pterea datiuus appellat. erat. q; specialiter a iudice  
datus. quotiēs etiā spes erat testamētarij tutoris forte sub p̄diciōne  
aut die certo dati: interim tuto: datiu. i locū ei. substituebat: donec cessa  
ret impedimentū testamētarij. hodie aut̄ iure nouo. deserūt tutores dari  
ex p̄diciōis legib. Et rome q̄d ē p̄fectus et p̄tor: in puincijs nō p̄ses et ma  
gistrat. eius iussu si facultates pupilli non sunt magne danť tutores Et si  
q̄dem facultates pupilli se extendū vsq; ad quingentos solidos: p̄nt dari tu  
tores a quocūq; magistratu. etiā sine iussione p̄sidum: recepta tñ cautione  
reim pupilli saluā fore. de hoc insti. de atill. tu. p. to.

## Quid petāt tutores et curatores: et vbi petant.

Quidā sunt q̄ minorib: nō habētib: tutores vel curatores q̄ ex legib:  
eorum sint defensores: ex necessitate tutores petunt: vt sunt oēs q̄ impuberi  
p̄nt succedere: etiā m̄ impuberis Et p̄festum ē petitiō tutoris faciēda. id ē  
vbi p̄mū potuit q̄s: hoc ē p̄toris habuit copiā huic rei sedētis. nisi forte i  
firmitate q̄s detineat vel alia magna causa Et idē in curatorib: impubex  
vel furiosoz vel v̄tris ē intelligendū. Itē liberti impuberis ex necessita  
te petūt ei tutores: ipsi em̄ de hoc accusati puniūt et emendať. si appareat  
p̄pter negligentā. vel maliciā nō petisse tutores. f. e. l. greca si minores  
Itē ex necessitate petūt sibi curatores. adolecētes in lite. C. e. l. j. et insti.  
de cura. §. ut iuniri. Sunt et alij q̄ petunt ex volūtate vt cognati et affines

et familiares parentū. et amici eorū. et educatores ipōz puerorū dic. l. si mē-  
nores. Sunt autē petendi tu. vel cu. minorib⁹ in eo loco vnde ipi ducunt  
origine vel ex psona sua vel ex psona patris. vel si vulgo cōcepti essent ex  
psona matris. et i eo loco vbi sunt eorum facultates. Si etiam alibi morā  
tur vel habent domicilium etiaz ibi recipiūt supra ti. pri. l. j. §. qd. de hoc  
C. vbi tu. pe. pe. p. to.

**De administratione et periculo tutorū vel curatorū qui  
gesserunt vel non. et de agentibus vel cōueniendis ab  
vno vel a pluribus.**

Solent tutores cogi extra ordinē id est officio iudicis ad gerendū atq;  
administrandū tutelā: et si nō voluerint p̄t iudex eos captis pignozib⁹ vel  
indicta multa. aut bāno coherere. supra si q̄s ius vi. nō ob. l. vna. et in  
sti. de satis. tu. §. vl. Debet autē quivis tutor vel curator administrare. fa-  
cto p̄us mox postq̄ ordinatus fuerit tutor a se publico iuramento. et fm so-  
litum morē facta p̄us sibi traditiōe rerū. Nisi testatores q̄ substantiā trās-  
mittūt specialiter inventariū scribi vetererūt. C. ar. tu. l. vl. §. vl. Itē de  
bet administrare tutor vel curator. p̄stito iuramento de rebus minoris vti-  
liter agendis. et fit hoc iuramentū tūc cū celebrat decretū qd̄ tradit ei cu-  
rā. in aut. vt bi q̄ ob. p. ha. res mi. §. vl. nō ḡ debet p̄mittere q̄ putave-  
rit vtilia minoris: neq; admittere q̄ nō vtilia estimaverit. C. de epi. an. l. de  
creationib⁹. Itē debet tūc satisfacere pupillo vel alteri eius noīe rem pup-  
